UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Index Baldi Pervsini. I. V. D. In prælectiones in totum Codicem Iustinianeum locupletißimus

... In Qvartvm Et Qvintvm Codicis Libr. Praelectiones / Additionibvs Philippi Decii ...

Baldus

Lugduni, M.D.LXI.

Compensationibus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-95990

Visual Library

dicunt quidam aliud in conſtitutore quam in fideiuſſore. ſz quare aliud?
dicit Pet. ſoluat apollo. ſed certe perſuaderi poteſt quod ideo aliud in
conſtituto: q2 ibi eſt pactum nudum: ſed in fideiuſſore eſt ſtipulatio. ar. ſ.
ſi cert. peta. l. ſi ex pretio. ⁊ ideo dic ꝙ aut ciuilis obligatio eſt inutilis
actu ⁊ potentia, ⁊ ei nõ accedit ipſo iure conſtitutor: fideiuſſor aũt accedit
ipſo iure: ſed non cũ effectu: aut eſt inutilis actu, ſed vtilis potentia, tũc ei
cũ ſuis modis ⁊ tpibus accedit vterq3: aut eſt vtilis actu ⁊ potẽtia, ⁊ tũc
ſtatim tz interceſſio, ⁊ reperitur fundamentum, in quo efficaciter conſiſtit,
vt. ff. de fideiuſ. l. fideiuſſor obligari. §. fideiuſ. vnde cõcluditur, quod qñ eſt
ciuilis obligatio ab omni efficatia abſtracta tam actu quã potentia nulla
eſt interceſſio in effectu: ſubtilitate tamẽ iuris habet locũ qd dixi de ipſo
iure, ⁊ ope exceptionis. Si autem non eſt ab omni efficacia abſtracta ſed
habet in ſe naturalitatem, vel quaſi in actu, vel ſaltem in potentia tunc ac-
cedit interceſſor, cuius interceſſio regulatur a principali. vt hic. ⁊ ponit hic
Pet. qd eſt reperire naturalez fictam, ⁊ dicit hoc eſſe in chirographo, ⁊
iure iudi. vt in hoc exemplo. concedit princeps mihi decez libras annu-
as percipiendas a tali ciuitate, vel pone. Papa cõcedit mihi. x. libras ſol-
uendas a tali abbatia, vel concedit regi Francie decimam bonorum quã
habent prelati regni ſui, certum eſt quod prelati ſunt obligati regi ciuili-
ter vere: ſed non naturaliter vere, q2 conſenſus eorum non adeſt, tamen
reputatur ⁊ fingitur adeſſe ppter conſenſum ⁊ authoritatem principis q
repreſentat voluntatem prelati: vt. j. de euic. l. ſi ob cauſam. ⁊ ff. eo. tit. l. ſi
plus. §. primo. ⁊ dicit Dy. quod verba Pe. ſunt pulchra ſubtilia ⁊ vera.
8 ¶ †Ego dico. cum fictiones ſint de iure ciuili impropria locutio eſt dice-
re quod ſit reperire naturalem fictam ⁊ magis proprie loqueretur ſi di-
ceret naturalem preſumptam. ¶ Item extra oppo. ꝙ hec lex videtur di-
cere ꝙ poſſit opponi de iure tertij. contra id quod legi. ⁊ not. in. l. j. ⁊ ij. ſi
ager vecti. vel emphy. pe. Sol. quoddam eſt ius qd eſt acquiſitum tertio
ad vtilitatem eius tñ. ⁊ de illo iure nõ poteſt alius obijcere. vt in cõtra-
rio. ⁊. ff. de pact. l. niſi. ⁊. l. qd dictum. Quoddam eſt ius queſitum quo ad
vtilitatẽ multorum. ⁊ tunc omnes hi quorũ intereſt poſſunt obijcere non
ſolum excipiendo, ſed replicando. vt hic ⁊ plene dixi. j. de ſer. fug. l. cum
ſeruum.

1 ¶ Confeſſus ſpe future numerationis cum iuramento, an poſſit oppo. exce. non nu. pec. Et ita ſit neceſſaria abſolutio a iuramento? 2. 3.
4 Iurans ſoluere ad certum terminum: ſciens quod non poterit ſoluere. interim cedit bonis, ⁊ ſic non ſoluit an ſit periurus?
5 Iuramentum interpretatur, ampliatur, ⁊ reſtringitur ſecundum ius commune.
6 Hec lex an habeat locum in iuramento in articulo mortis?
7 Minor iurauit ſoluere ſub ſpe future numerationis, an poterit opponere excep. non nu. pec.

¶ Lex decimaſexta.

Adubitati. Confeſſus ſpe future numerationis, ſiue contractus ſit mutui gratuiti, ſiue vſurarij etiam oppoſito iuramento, habet excep. non
nu. pec. ¶ Nota. ꝙ tacita conditio vel tacita finalis cauſa que
ineſt in confeſſione, ineſt iuramento. vnde dicit Old. ꝙ iuramentũ nihil
addit vltra conſenſum niſi religionis vinculum. ¶ †Quero. nunquid ſit
neceſſaria abſolutoria a iuramento? ⁊ videtur ꝙ ſic. vt extra de iureiur.
c. debitores. Contrariũ eſt verum, nam qñ iuramentũ habet tacitam con-
ditionem, ea deficiente, deficit cõſenſus partiũ. vnde cum in tali caſu non
eſt iurandum, non eſt abſolutio neceſſaria. ¶ Sed quero, quando ineſt
hec tacita conditio in iuramento? Reſpon. ꝙ creditor qui non numerat,
non ſeruat debitori fidem: vt. j. de do. promiſ. l. ſi voluntate. vnde cum iu-
ro tibi pretextu ſeruande fidei, intelligitur conditio ſi fidem ſeruaueris
mihi: vt. ff. loca. l. quero. §. inter locatorem. ⁊ in. c. ij. de iureiur. per Inn.
2 ¶ †Et no. de quibuſdam tacitis conditionibus, ſeu clauſulis ſupplendis
in iuramento. Prima eſt, ſi mihi fidem ſeruaueris: ſeu ſi numeraueris vt
hic. ¶ Secunda. ſi iudex non precipiat contra, vt. l. mulier. de leg. com-
a miſſ. ¶ Tertia eſt, ſi iuro,[a] intelligitur ſi fuero abſolutus. extra de iure-
iurand. c. j. ⁊. c. ſicut. ¶ Quarta eſt, ſi iuro ſtare mandatis iudicis, arbitri,
b vel arbitratoris, intelligitur de equis,[b] id eſt, que bonus vir equa repu-
tat in iſtis ciuilibus preceptis cum facti veritate: vt not. de reg. iur. l. non
videtur. §. qui iuſſu. ⁊ de iureiura. c. quintauallis. ⁊. c. veniens. ⁊ arg. ſ. de
3 iudi. l. rem non nouam. ⁊. ff. depo. l. bona fides. ¶ †Conſulunt tamen
Doct. quod ad cautelam petatur authoritas ab eccleſia veniendi cõtra
tale arbitrium, ⁊ petatur ad cautelam abſolutio a iuramento, ne reatus
periurij poſſit incurri, quod epiſcopus debet facere premiſſa ſummaria
inquiſitione ſuper equitate arbitrij. ar. d. c. quintauallis. ⁊. c. veniens. eod.
titu. Iſtud conſilium dat etiam ſanct. Thom. ¶ Quinto ineſt tacita con-
ditio ex natura rei, vt ſi iuretur quod dos dabitur, intelligitur ſi nuptie ſe-
quãtur, vt. ff. de iu. do. l. ſtipulationem. ⁊. l. tali. niſi promiſſor voluerit pro
vxore teneri, ⁊ ita intelligitur quod not. ff. de condi. ⁊ demon. l. Titio cen-
tum. §. titio genero. ¶ Sexto ineſt conditio ex qualitate perſone vt ſi iu-
ro ſoluere epiſcopo ad certam diem, ſi interim ſit remotus ab adminiſtra-
tione, non teneor ei ſoluere: vt. ff. de ſol. l. quod ſi forte. §. j. ⁊ econtra ſi
promittit tanquam epiſcopus pro vtilitate eccleſie, ⁊ eſt conditio que ad
perſonam ſuam, ſi in eadem adminiſtratione perſeuerauit: vt. ff. quando
ex fac. tut. l. poſt mortem. §. j. ¶ Septimo, ineſt conditio ſi res in eodem
ſtatu perſiſtat. ar. l. quod Seruius. ff. de condi. ob
cau. nam mutatis terminis, qui ſunt loco finalis
cauſe, non incurritur periurium: vt no. extra de iu-
reiur. c. quemadmodum. per Inn. Item quando
c iuratur factum alienum.[c] verbi gratia. ſi iuro tibi
dare filiam meam in ſponſam, intelligitur, id eſt,
procurabo iuxta poſſe: vt extra de ſpon. c. ex lite-
ris. Sed pone. iuro ad certum terminum ſoluere
certam monetam, illa per ſuperiorem eſt mutata
⁊ in aliam formam tranſlata, nunquid ſum periu-
rus non ſoluendo eſtimationem veteris monete?
⁊ videtur ꝙ non, q2 res non manet in eodem ſta-
tu, cum ſit mutata moneta. Solu. dic qd aut eſt re-
probata, q2 adulterina, ⁊ tunc non tenet iuramen-
tum. q2 nõ eſt in cõmercio: vt. l. eleganter. §. qui re-
probos. ff. de pig. act. aut. eſt mutata propter vtili-
tatem aliquam ſuperioris, ⁊ tunc niſi ſoluatur eſti-
matio debitor eſt periurus, ⁊ ita intelligitur quod
no. extra de iureiu. c. quanto in nouella. ⁊ in. l. cum
4 quid. ff. ſi cer. pet. per. glo. ¶ †Item pone, iuro ſol-
uere ad certũ terminum. ſciens ꝙ nõ potero im- a
plere interim cedo bonis. ⁊ ideo non ſoluo, num-
quid ſum periurus? ⁊ videt ꝙ nõ. vt extra de ſol.
c. Odoardus. In cõtrariũ dicit, quaſi ab ipſo prin-
cipio ſum periurus, q2 deeſt veritas in cõſcientia. b
ar. ff. de iu. do. l. pen. ⁊ idem videt ſi temere credi-
di me poſſe qd nõ poſſum. q2 deeſt iudicium, ⁊ di-
ſcretio. Contrarium dico, ꝙ pendente termino non ſum c
periurus propter dila. vt. ff. de ver. ob. l. cum ſtipu-
latus ſim mihi o procule. Item aduemente termi-
no nõ ſum periurus ppter ceſſionẽ, q2 res nõ per-
tranſit in eodem ſtatu, ⁊ not. ꝙ generalis intelle-
ctus ⁊ cõis preſumptio hominũ tacite intelligitur
iuramento. de quo in. d. c. veniẽs. per Inn. ⁊ ar. ff.
de aqua plu. arc. l. ſi prius. §. placuit. ⁊. ff. de fund.
inſtr. l. cum de lanionis. §. aſinam. ⁊. ff. de ver. ſig. l. d
5 Amiculus. l. ij. ¶ †Item in dubio iuramentum
interpretatur, exponitur, ampliatur, reſtringit ſm
ius commune, vt no. in. d. c. veniens. in nouella. ⁊. ff.
qui ſatiſda. cog. l. ſi. Item not. qd lex ciuilis põt ab-
ſoluere a iuramento ꝯ publicam vtilitatem preſti-
6 to: vt no. in. l. adigere. §. ſi. ff. de iure pa. ¶ †Modo
do reuertor ad. l. noſtrã. ⁊ quero. nunquid hec. l. ha-
d beat locũ in cõfeſſione[d] ⁊ iuramento factis in mor-
tis articulo? reſpon. non ſm Pet. qui ita not. in. l.
In contractibus. ſ. eo. ⁊ ibi per Cyn. ⁊ probatur.
ff. de le. ij. l. cũ quis decedens. §. codicillis. ¶ Se-
cundo quero. quid ſi iuramentum nõ opponit ſo-
lutioni ſed veritati, q2 iurat vere numeratum? re-
ſpon. nõ habet locũ hec. l. q2 non poteſt ſe allega-
re periurum. ſi tñ admiſſus eſt ad pbandũ negati-
uam ⁊ probauit eã, tunc q2 per iurium eſt detectũ,
põt allegare ipſũ iuxta id qd legit in. l. alleg. ff. de
7 iureiu. ¶ †Vltimo quero. minor iurauit ſoluere p-
textu numerationis future, nunquid poſt biennium
poterit excipere? ⁊ videt ꝙ ſic, ibi. q2 ipſo iure nõ
currit biennium. l. ij. ſ. in quib. cau. in inte. reſt. nõ
eſt ne. In contrarium tex. videt, q2 iuramentũ repreſen-
tat eũ maiorem quo ad contractũ, vt no. in. l. ij. j. de re-
ſcri. ven. vbi. l. hz eum p maiore. ergo currit pre-
ſcriptio. Sol. credo ꝙ nõ currat, nec tale iuramen-
tum in quo deeſt conſenſus, repreſentat eum ma-
iorem.

a ¶ Iuro. Vide per Bal. in. l. ſi. qui ſatiſ. cog.

b ¶ Equis. Adde c. j. de iureiur.

c ¶ Alienũ. Adde Ang. ⁊ Inno. in. l. inter ſtipulantem. in prin. ff. de verb. ob. ⁊ Bal. in. l. fin. in vlti. colũ. ſ. de ſpon.

d ¶ Cõfeſſione. Vide gl. ⁊ Bal. in. l. j. j. de fal. cã. adiec. leg. ⁊ in. l. j. in principio. j. de cõfeſſ. ⁊ dixi poſt Bar. in. l. ſi ex cautione. ſ. eod.

¶ De compenſationibus. Rubrica.

¶ Dictum eſt. ſ. de exce. non nu. pec. per quã cõ-
ſulitur reo in eo quod nõ dz. Sequitur videre de
exceptione compenſationis. per quam ſuccurritur
reo de eo quod non debebit compenſatione op-
poſita. quod dic vt. j. eo. l. ſi conſtat. Bal.

¶ Lex prima.

Et ſenatus. Fiſco ex diuerſa ſtatione non opponitur compenſatio. h. d. ¶ †Nota. quod officia
confundi non debent. non enim dz
vnius officialis fiſci agere de officio
alterius. vt. j. de exec. ⁊ exact. l. quicunq. li. xij. ⁊. j.
de nu. ⁊ actu. l. in prouincijs. ⁊ vtrobiq3 not. ⁊ hic.
¶ Opp. de. l. Inter tutores. ff. de adminiſt. tuto.

vbi licet ſit diuiſum officium tamen compenſatur debitum cuius onus incumbit alteri officio. Solu. ibi in officio tutoris, quod non poteſt diuidi in preiudicium creditoris. hic in officialibus fiſci. eſt etiam hoc priuilegium fiſci. ⁊ ideo ſecus in priua-
2 tis. ¶ † Quero, ciuitas perusina habet duas ſtationes fiſcales: vna vocatur conſeruatorū ad quā pertinet introitus gabelle, ⁊ ſolutionis ſtipendiorum. alia vocatur maſſariorum, ad quam pertinet introitus delictorum. modo quoniam ſtipendiarius qui debebat habere centum floren. occaſione ſtipendij, commiſit quoddam delictum, pro quo imponebatur pena centum florenorum ſub conditione amputationis manus, videlicet quod ſi nō ſolueret intra decem dies: amputaretur ei manus, iſte non ſoluit. Iudex vult ei amputari manum, ille dicit quod non debet ei amputari manus, quia odio penarum ſit compenſatio ipſo iure. vt leg. ⁊ nota. infra eodem. l. ſi conſtat. ⁊. ff. eo. l. ob negotium. ⁊ inſti. de act. §. In bone fidei. Iudex allegādo replicat quod compenſatio non habet locum in diuerſis ſtationibus. reſpōdeo, quod illud eſt in compenſatione iudiciali, ſecus in legali. queritur quid iuris? Reſpon. ratio quare in penis ſit compenſatio eſt, quia impeditur mora, quia obſtat exceptio: vt not. ff. eo. l. ſi quid a fideiuſſore. Sed hic non obſt. exceptio: ergo non impeditur mora, qua manus venit amputanda: ſed ſecundum alios ratio in penis eſt odio penarum: vt not. per Cyn. in d. l. ſi conſtat. vnde hac ratione attenta non debet manus amputari, quod credo iuſtius, quia propter commune, quod non ſoluit ſtipendium, factum eſt quominus iſte ſtipendiarius poſſit ſoluere bannū, hanc rationem reddit not. tex. ff. de condi. ⁊ de. l. Iu. ait. ſi heredi.

a ¶ Cōpenſationis. Adde qđ cōtra agētē interdicto recuper. nūquā obijcit cōpenſatio. vt cōcludit gl. in c. ſi. in ver. petentē. extra de ord. cog. ⁊ pbat. ſ. e. l. ſi. ⁊ ibi Bal. in. iij. no.

b ¶ Aduerte. Intra quantū tēpus pōt doceri d debito cōpēſando vide doc. in. ca. ij. de dep. d. Pe. ibi remiſit cū dicto Bart. ⁊ Io. de imol. ſȝ do. An. dicit ꝙ tps eſt arbitrarium, vide ibi. And. Bar.

c ¶ Si cum militi. Rñ. qr ibi de vitio erat liquidum per ſententiam.

d ¶ Compenſatio. Uide donū verbū per Bar. in. l. gerit. in. iij. q. prin. in ver. pone debitor. ff. de acqui. here.

1 ☞ Sententia non poteſt reſcindi per obiectum compenſationis.
2 Debitor verus ſi abſolutus eſt iniuſte: cum remaneat debitum naturale, ſi agat, ex alia cauſa, an poterit ſibi compenſari?

Lex ſecunda.

Ex cauſa. Ex cauſa iudicati ſicut non condicitur, ita nec compenſatio ipſius admittitur, ⁊ exceptio compenſationis po-
1 teſt opponi in executione ſententie. h. d. ¶ † Not. ex ſummario duas concluſiones, prima eſt, quod ſententia non poteſt per obiectum compenſationis reſcindi impugnando. ſecunda, quia exceptio
a compenſationis[a] non excluditur per ſententiam latam ſuper alio debito concordat. ff. eo. l. ſi cum militi. §. cum intra. ⁊ eſt ratio, quia ille qui compenſat videtur exequi, cum compenſatio ſit quedam ſolu. ff. qui po. in pig. hab. l. ſi debitor. vbi dicitur quod compenſatio habet vim ⁊ naturam ſolu.
2 ¶ † Quero, verus debitor abſolutus eſt iniuſte. nunquid cum remaneat debitum naturale, ſi agat ex alia cauſa, poterit compenſari ſibi? ⁊ videt quod ſic. quia iudicia ſunt de iure ciuili mero: vt not. inſtitut. de obli. in prin. ⁊ naturalis obligatio eſt de iure gen. ergo iuris ciuilis artificio tolli non poteſt ff. de condi. inde. l. Iulia. preterea lex videtur expreſſa. ff. rem ra. hab. l. procu. ad exhib. §. i. ¶ In contrarium videtur regula iuris, nam contra iſtud debitum naturale obſtat excepti. ergo ipſo tanquam eliſo non opponitur compenſatio. ff. eod. l. quecunqȝ, ⁊ ibi not. quidam dicunt quod non poteſt obijci per modum compenſationis: ſed opponitur exceptio doli: vt hic refert Cyn. ſed iſtud eſt imponere legi potius verbis, quam effectibus: vt inſtitu. de actio. §. in bone fidei, ⁊ ideo alij dicunt quod aut abſolutoria contradicit compenſationi, vt quia pronunciatum eſt per iudicem non fuiſſe contractum, vel nullo modo deberi, ⁊ tunc non poteſt obijci compenſatio ex cauſa reprobata, aut abſolutoria non contrariatur compenſationi, verbi gratia, quia Iudex abſoluit: quia actio erat ex pacto nudo, ⁊ tunc poteſt obijci cōpenſatio. quia licet actio non habeat ſufficientem materiam, exceptio tamen habet. ff. eo. l. etiam. ſecundum Iaco. de ra. ſed diſtinctio iſta non comprehendit omnes caſus. pone enim quod in abſolutoria non ſit inſerta cauſa nec appareat in actis, vel eſt inſerta cauſa ſed non probata: vt not. ff. de excep. rei iud. l. ſi quis ad exhibendum. nam adhuc remanet queſtio indeciſa ⁊ ideo dic quod vbicunqȝ per ſententiam excluditur ventilatio ibi ceſſat cōpenſatio, ſiue iuſte, ſiue iniuſte ſit iudicatum propter authoritatem ſententie: nam ſi iniuſta condemnatio exceptionem meretur, ita iniuſta abſolutio trahit ſecum exceptionem ſuam irreparabiliter. ar. ff. de iudi. l. ſi pretor. in prin. ⁊ plene dixi in. l. i. C. de condi. ind. Non ob. l. procu. ad exhib. §. j. quia ibi fuerunt due ſententie contrarie, ⁊ ex vna fundatur probatio contra aliam, id eſt, condemnatoria contra abſolutoriam, nam prima fuit ſententia condemnatoria, ſecunda abſolutoria: prima fuit lata contra procuratorem. cuius tamen factum dominus habuit ratum, inquantū iterato egit. ſecunda fuit lata cum domino ad hoc ergo vt prima ſententia habeat ſuum effectum in fauorem procuratoris qui obtinuit, ⁊ pecuniam domino reſtituit, ſtatuitur quod de vero debito poſſit excipi in fauorem procu. cui non nocet iniuria facta domino. preterea ibi verus dominus fuit abſolutus, ſolutionem quoqȝ dominus ratificauit, recipiendo pecuniam a procuratore, ⁊ ideo abſolutorio non inuenit a quo abſoluat, quia ipſo iure ſublata erat obligatio, nec per talem abſolutionem potuit verus debitor abſolui ab antiquo vinculo, quod erat ſublatum ſolutione, quia quod non eſt, tolli non poteſt. ff. de verbo. obli. l. decem. No. hic pro intellectu iſtius ſubtilis. §. qui poteſt etiam intelligi quando exactio fuit facta non per ſententiam condemnatoriam ſed ſponte: tamen quia ſolutio trahit ſecum effectum irreuocabilem, ſcilicet liberationis, ipſo iure domino ratificante ſolutionem impoſſibile eſt quod ſententia abſolutoria tollat obligationem ciuilem, ⁊ elidat naturalem, que iam poſita erat in plena executione, quod eſt ſubtile.

1 ☞ Relictum in miniſtris reipublice: videtur relictum reipublice.
2 Exceptio dolo facis ⁊c. vtrum obſtet?
3 Terminus legalis in fiſco eſt duorū menſium, in priuato eſt vſqȝ ad ſententiam ſuper exceptione ferenda.

¶ Lex tertia.

In ea que. Not. hic caſus in quibus ceſſat cōpenſatio ipſo iure in effectu. ¶ † Item no. quod illud quod relinquitur miniſtris re. pub. videtur relictū ipſi reipub. ⁊ ipſa reſpub. petit, ⁊ non obijcitur ſibi compenſatio facit quod not. ff. de lega. i. l. ciuitatibus. ⁊ eſt ar. quod illud quod relinquitur guardiano altaris minoris, videtur relictum eccleſie fratrum
2 minorum facit. ff. de annu. leg. l. annua. §. Attia. ¶ † Quero, an obſtat exceptio dolo facis? reſpon. non, quia non debet reddi ex eadem cauſa: ⁊ quia non facit dolo qui experitur. ¶ Quero, vbi obſtat exceptio compenſationis contra fiſcum intra quantum tempus debeat probari? Reſpon. intra duos menſes ad plus, vnde qui non probat intra duos menſes a die oppoſitiōis nō poteſt poſtea probare. ſic intelligitur. ff. de iure. fiſci l. aufertur. §. qui compenſationem: tamen ſi Iudex vult ſtatuere minorē terminum ad probandum hoc poteſt: nam ſi in priuatis poteſt ſtatui mi-
3 nor terminus, ergo multo fortius in fiſco: vt not. j. eo. l. fina. ¶ † Aduer-
b te, [b] terminus legalis in fiſco eſt duorum menſium, in priuato eſt vſqȝ ad ſententiam ſuper exceptione ferenda: vt not. ff. de compen. l. ſi cum militi. §. cum intra. Sed terminus iudiciarius in vtroqȝ eſt arbitrarius, dummodo in fiſco non excedat duos menſes: ſed Bar. dicit quod compenſatio debet probari intra tempus quod datur ad ſoluendum, ⁊ ſi nullum datur ad ſoluendū, nullum datur ad aliquid dandum, verbi gratia, ſi ſtatutū diceret ꝙ ſtatim viſo inſtrumento ſine alia dilatione reus ponat ad diſtrictum, id eſt, in carcerem donec ſatiſfaciat, ita no. ipſe in. d. §. qui cōpenſationem qđ non eſt verum: qr poſt terminū qui datur iudicatis: nulla datur dilatio ipſis: ⁊ tamen poſſunt opponere, ⁊ probare compenſationē probando incontinenti iudicis arbitrio: vt. ff. eo. l. ſi cum militi. [c] §. cum intra. Concedo etiam quod reus ſtabit interim in carcere: ſed tamē excep. ſua examinabitur, qua verificata, relaxabitur, ſi tunc ſtatutum requireret ſolutionem veram. tunc concedo ꝙ non daretur dilatio ad probandum compenſationem. Bal.

1 ☞ Compenſatio an fiat ipſo iure?
2 Teſtamentum filij preteriti, eſt ipſo iure nullum.
3 Exceptio compenſationis habet duo extrema.
4 Exceptio compenſationis non oppoſita in iudicio: an impediat primum vel ſecundum decretum?
5 Compenſatio exequutiue veniens, ſpectat ad officium iudicis. 6.
7 Tria ſunt que iudicis officium ad faciendam compenſationē mouent.
8 Compenſatio eſt duplex.

¶ Lex quarta.

1 Si conſtat. † Compenſatio[d] ſit vſqȝ ad concur-
d rentes quantitates ipſo iure. ⁊ impedit curſum vſurarum. h. d. ¶ Quero hic de queſtione antiqua, an compenſatio fiat ipſo iure? Mar. dicit quod ſic. vt hic

vt hic.⁊ inſti.de act.§.In bone fidei.⁊.ff.de cōpen.l.ſi ambo.cū ſi.gl.
dicit contrariū,qḋ.l.non cōpenſat ſi homo nō opponit.ſic ⁊ repletio
legitime fit ipſo iure,ſi tamen petat̃:vt.s̄.de inoffic.teſta.l.Scimus.
¶†Item teſtamentū filij preteriti nullū eſt ipſo iure.ſi dicat̃:vt.ff.
de inun.teſta.l.filio preterito.⁊ hoc probat̃ pluribus rationibus no.
in gl.in.d.§.In bone fidei.⁊ hoc etiā patet,qꝛ ſi compenſatio fieret
ipſo iure,non eſſet in iudicis poteſtate:nec etiā in ptāte opponen-
tis.qḋ eſt falſum:vt.ff.eo.l.qḋ in diē.§.ſi rationem.⁊.ff.de neg.ge.l.
ſin autem.§.fi.¶Itē ſi.l.cōpenſaret,exceptio cōpenſationis eſſet ex-
cep.facti ⁊ intentionis,nō eſſet aūt excep.proprie loquendo:qꝛ non
excluderet actionē,ſi inueniret eā nullā.¶Item diſtinctio liquidi ⁊
non liquidi non habet locū in compēſatione legali:qꝛ lex ſemper eſt
certa de veritate:vt.ff.de condic.ob cau.l.ſi pecuniam.§.ſi ſeruum.
¶†Item exceptio cōpen.habet duo extrema.i.duas obligatiōes:
ſed ſi lex compenſaret,nō haberet extrema iſta in actu tempore ex-
ceptionis:qꝛ ſe inuicē vincula peremiſſent,que oīa ſunt falſa. regu-
lariter dicit Pe.qḋ nō fuit intentio Mar.ꝙ lex cōpenſaret,ſi exce-
ptio ceſſaret:ſed ea obiecta,ipſo iure fit cōpēſatio,id eſt,in ipſo iure
extinguitur debitum,ꝙ eſt ſpeciale in exce.compen. nā per ceteras
excep.nō extinguit̃ ipſo iure actio,⁊ ideo cōtra ceteras exceptiōes
datur replicatio.Sed cōtra exceptionē cōpenſationis non pōt op-
poni replicatio cōpenſationis,per regulā traditā.ff.de pac.l.ſi vnꝰ.
§.pactus ne peteret.Alij dicunt ꝙ vbi cōpenſatio orit̃ ex eodē con-
tractu ex quo agitur:⁊ eſt hincinde actio directa,fit cōpenſatio ipſo
iure:vt.ff.eo.l.ſi ambo.ſed vbi directa datur vni,cōtraria alteri, vel
deſcendunt ex diuerſis cauſis,tunc eſt opus excep.ſeu allega,qꝛ etiā
ſine exceptione ſufficit ſola extenſio volūtatis cōpenſare volētis: vt
ff.eo.l.verū.⁊.l.ſi quid.⁊.l.ſi debeas.⁊ iſta diffinitio fuit Rich.mal.
ſed certe.l.ſi ambo.loquit̃ de cōpenſatione calumniantium aliquid
iudicem.ſic.s̄.de inof.teſt.l.In arenam.Tu dic ſm Nico.ꝙ cōpen
ſatio quandoqꝫ fit a iure, quandoqꝫ a iudice,quādoqꝫ a parte.id eſt
arbitrore.prima fit ſolūmodo in his caſibus in quibus lex ſpeciali-
ter dicit, ſicut qñ circa vnum vel quaſi cōtractum ambo deliquerūt
doloſe,vel negligēter,vel culpabiliter, vt.ff.de dolo.l.ſi duo.⁊.ff.e.l.
ſi ambo.⁊.ff.de cōtrahen.emp.l.domū.Item quātum ad inhibendū
vſuras,⁊ pene commiſſionem:vt no.hic.⁊.ff.eo.l.ſi quid.Itē quan-
tum ad impediendū morā:qꝛ nō eſt in mora qui nō cogitur iudiciuꝫ
cū effectu pati:vt.ff.ſi cer.pe.l.lecta.§.dicebam.¶†Sed hic dubita-
tur,vtrū exceptio cōpen.non oppoſita in iudicio,impediat primum
decretū,vel ſcḋm:⁊ videtur quod ſic:qꝛ ibi requiritur mora:vt.ff.ne
vis fiat ei.l.j.§.hec vba.ſed ad impediendū moram ipſo iure fit cō-
penſatio.ergo,⁊c.cōtrarium eſt verum:qꝛ eſt in mora ꝓpter cōtem-
ptam iudicis authoritatē iunctā obligationis veritati,qꝛ obligatio
non patitur vitiū ab intra,nec extra,qꝛ non exceptum,⁊ qꝛ proceſſus
tenet. ¶Itē fit cōpenſatio ipſo iure in expenſis alimētorū factis,
que cōpenſantur cum operis:vt.ff.cōmo.l.in rebus.§.poſſunt.⁊.ff.ḋ
edil.edic.l.Item ſi ſerui.§.fi.¶Item pro expenſis factis ꝑ fructibꝰ
habendis:vt.ff.ſolu. mat.l.fructus.⁊.ff.fami. erciſc. l. fundus q.§.j.
Item in expenſis factis in faciendo ſeruū,⁊ vtilitate inde haben
dis.ff.de rei ven.l.qḋ ſi artificem. ¶Itē i expenſis factis in dote
que ipſo iure minuunt hanc rem intellectualem,que dicit̃ dos.ff.de
impen.l.qḋ dicitur.⁊ in iſtis talibꝰ nō eſt neceſſe ꝙ compenſatio op
ponatur ab homine,cū lex ipſa faciat.⁊ Iudex ex ſuo officio nō ha-
bet eam facere:ſed factā declarare,⁊ ſi quis in tali caſu ſoluit per er-
rorem,repetit tanquā indebitum:vt.ff.eo.l.ſi ambo.§.j.Item habet
locum,niſi lex eam cōmittit iudici faciendā equitate ſuggerente, ⁊
hoc eſt quādoqꝫ ex natura iudicij:qꝛ tale eſt iudiciū in quo venit cor
relatiue quicquid debetur hincinde,nec pōt ꝑ parte expediri,ſicut
patet i duobus iudicijs,que ſunt proprie diuiſoria,vt in iudicio fa-
mil.erciſ.⁊ cōmuni diuidūdo.Item in iudicio fi.reg. qḋ eſt quaſi di-
uiſorium, qꝛ plerūqꝫ magis dirigit fines iam impoſitos,q̄ de nouo
diuidat.⁊ hoc probatur.ff.de iudi.l.in tribus.ff.fa.erciſ.l.i hoc iudi-
cio.⁊.l.Meuius.§.arbiter.inſti.ḋ offi.iud.§.fi.¶†Itē ad officium
iudicis ptinet cōpenſatio exequtiue veniens,puta de his que ſunt
tanquā acceſſoria alterꝰ rei,que poſſunt per officium iudicis expe-
diri,ſupplendo ex natura actꝰ cōſequutiui ad alterum,vt ſunt ſum-
ptus vtiliter facti i re aliena bona fide,⁊ vſure que debentur a vendi
cante,q̄ iudicis officio compenſari debent cum perceptis fructibꝰ
vſqꝫ ad concurrentem quantitatem eſtimationis fructuum.vt.ff.ḋ
rei vendi.l.ſumptꝰ.⁊.l.emptor.in prin.⁊.l.i fundo.licet etiam nō ſit
oppoſita cōpenſatio,ſufficit probatio.cū Iudex interdū poſſit ſup-
plere ex probatis:qꝛ veniunt i coherentiam principalis petitionis,
vel defentiōis.⁊ includunt̃ tacite in virtute eius.ff.de damno infe-
cto.l.ſi quis miſſum.§.Iudex.⁊.ff.de aqua plu.arcē.l.Atheius.§.de
eo opere.⁊.ff.de edil.edi.l.Ediles.la.j.§.Itē ſciēdum.¶†Item ex
mero officio iudicis deſeruiēte iudi.bone fidei fit cōpenſatio, licet
in modum exceptionis nō ſit propoſita.verbi gratia, petis a me cē-
tum,⁊ ego a te alia cētum,⁊ vterqꝫ probat,vnde ſiue vtrunqꝫ ſiue al-
terum iudicium ſit bone fidei,vbi verſatur equitatis plenitudo,latū
eſt iudicis officium, vnde admiſſa cōpenſatione hincinde abſoluet

vſqꝫ ad concurrentes quantitates:vt inſtit.de
act.§.In bone fidei.facit quod legi.⁊ not.ff.de
neg.geſt.l.debitor.⁊ in ſimili habemus ꝙ recō
uētio eſt ſpecies exceptiōis:vt no.ff.de mino.
l.Papi.§.ſi quis.licet ibi loquunt̃ in p̄iudicia-
li.¶Item cōtra habemus ꝙ compenſatio eſt
ſpecies reconuentionis.vt.j̄.e.l.neqꝫ.que nō di
citur mera exceptio:ſed mixta,vnde ei tanquā
petitioni eſt reſpondendū:vt eſt tex.no.in.d.l.
7 neqꝫ.j̄.eo.ti.¶†Cōclude ergo ꝙ tria ſunt que
iudi.officium ad faciendam cōpenſationē mo-
uent.ſcilicet natura iudicij indiuiſibilis. Item
acceſſio ad officiū iudicis pertinens. Itē ple-
nitudo equitatis, que verſat̃ in iudicijs bone
8 fidei.¶†Item compēſatio eſt duplex.ſcilicet
volūtaria,que fit ex cōmuni conſenſu,⁊ iſta re-
gulatur a voluntate: ⁊ habet locū in qualibet
re,ſicut quelibet res pōt ſolui pro alia de par-
tium volūtate,quedā eſt neceſſaria, que fit in-
uito actore:⁊ hec in omnibus alijs caſibꝰ,pre-
terquā in ſuperioribꝰ,requirit ꝙ in iudicio ſit
oppoſita:⁊ ꝙ ſit liquidata:⁊ ꝙ ſit a iudice ap-
probata:vt.ff.e.l.qḋ in diem.§. ſi rationem.⁊ ſi
dubitetur quando Iudex debet eā approbare
altero inuito,cōſiderandum eſt an debitum ſit
cōpenſabile,an ſit liquidum,⁊ an ſit a iure ꝓhi
bitum compenſari necne ſm ea que tradūtur
s̄.eo.l.j.⁊.l. in ea.⁊.j̄.eo.l.fi.⁊ gl.que dicunt qḋ
compenſatione oppoſita fit cōpenſatio ipſo
iure,debent intelligi quando eſt oppoſita cum
effectu:ita ꝙ ſit per iudicē ſentētialiter appro
bata,alias nō fit conuerſio:ſed remanet in iure
priſtino.ff.de neg.geſt.l.ſi autē.§.fin.⁊ ita iſta
materia eſt tradenda ſm Nic.de ma.cuius fue
runt plurima ex predictis: ſed non omnia.⁊
adde quod dicam.j̄.eo.l.eius.

¶Lex quinta.

ETiam. Nō ſolum actio: ſed a officium iudicis, qḋ olim pro fideicōmiſſo proponebatur,poteſt per exceptionē compenſationis excludi.h.d.coniuncta.l.pecunie.§.fi. de verb.ſigni.Bal.

¶Tu dic.Adde qḋ licet in caſibꝰ illis compēſatio fiat ipſo iure,non tamen credas ꝙ tollat obligationem ipſo iure.vt not.Bal.i.l.eius. j̄.de ſol.

1 ☞ Maritus ſi eſt debitor vxoris, ⁊ econtra vxor viri,ex rebus amotis, an vxor patiatur compenſationem:

2 Debitum licet ſit liquidum,tamen poteſt fieri reconuentio, nec debet procedi ad exactionē, ante reconuentionis liquidationem.

3 Reconuentio,an habeat locū coram arbitro: ita quod non poſſit opponi compenſatio:

¶Lex ſexta.

NEque ſcriptura. Hec lex pōt legi diuidendo eā in tres partes.nā p̄mo ponit quodā dictū reſpiciens exceptionē non nu.pe. Secundo ponit aliud dictū reſpiciēs exceptionē cōpenſationis.illud ſm dictum exemplificat, ſeu ad queſtionem de qua imperator erat interrogatus applicat. ſcḋa ibi,⁊ compenſationis,tertia ibi, eo magis. ¶Itē prima particula legitur duobꝰ modis,vno modo inter extraneos, alio modo inter virū ⁊ vxorem. Itē ſcḋa particula legit̃ etiā duobus modis, vno modo in exceptione,alio modo in reconuētione.Itē tertia particula legit̃ duobus modis. vno modo ꝙ opponitur actiōi de dote. Alio modo ꝙ actiōi de mutuo.¶Itē alia lec.eſt ꝙ actio de dote eſt duplex.vno mō in dote cōfeſſata:alio mō in dote data. Et gl.ponit caſum in terminis ſm diuerſas lect.tu forma caſum in nube in genere,quē poſtea exēplifica ꝑ ſpecies deſcendendo ad gl. ¶Ecce caſum in nube,queſitum fuit ab imperatore vtrum quātitas cōfeſſata in ſcriptura,⁊ non numerata poſſit efficaciter peti:⁊ reſpon.qḋ nō.Scḋo q̄ritur,ſi ē vere numerata, vtrū debitor opponēs

a ℂ Compēſatio. ꝟo.ꝙ corã arbi- tro ñ habet locũ cõpenſatio, ſicut nec recõuētio. fa- cit.c.cum dilect⁹. in fi.de arbi.gloſ. i.l.eſt receptũ.ff. de iu.om.iu. vide Bar.in aut.⁊ cõ- ſequēter.C.ꝺ ſen. valde obeſt tex.in l.non diſtingue- mus.§.Itē ſi qs. ff.de arb.vide ibi Bart. niſi fuiſſet cõpromiſſum de omnib⁹ que poſ- ſunt contingere. vt no.dixit Hoſt. in.c.j.de mu.pe.li cet Lapus ibi in addi.dixit ꝙ etiã eſt conuentio, q₂ venit de volũtate partiũ.an aũt co ram delegato ad petitionem par- tium fiat recon- uētio: Bar.ĩ pal. aut.⁊ conſequen ter,tȝ quod nõ.d. An.⁊.d.Ioan.in c.j. de mu.peti.te net cõtra.vide gl. in preal.l.eſt rece ptum.⁊ ibi Bar. Andr.Barb.

☞Ego puto di- ctũ iſtius inquan tum dicit compē ſationem coram arbitro opponi non poſſe,debere ĩtelligi,niſi ex ea- dem cauſa ex qua a factum eſt com- promiſſum , fiat. ita not.iſte in.l.j. verſi.quero.arbi- ter non põt egre- di.ſ.de arbi.⁊ in l.nemo.verſ.que- ro, nunquid exce ptio.de ſen. Lan frã.plene in trac. de arbi.par. vij.c. xxix.⁊ Alex.cõſi. cxix.volu.ij. Celſ.

b ℂ Vēditor.Ad- de.l.ex ĳs pdĳs. ĵ.de euic.⁊ ibi gl. ⁊ Bal.⁊ vide qȯ not.Bart.⁊ q̃ ibi dixi in.l.binas.ff. de ſer.vrba.pred. per gl.in.l.cũ ven deres.ff.de cõtra hen.emp.⁊.l.quo ties.ff.ꝺ edil.edi. et in.l.j §.j. et ibi Paul. de caſt.ff. ꝺ act.emp.⁊ Cy. ⁊ Sali.i.l.ſi ꝓ fun do.ſ.de tranſact.

exceptionem cõpenſationis,vel vtēs beneficio mutue petitionis,ſit interim compellēdus ad
